ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. R-d-1706

ROSSI FILIPPO jr.

Curia Generalizia - Roma

P. Rossi Filippo iunior

R.d-1706

a) attestato dell' esaminatore P. Boccia - 20.XI.1874

b) ammissione al noviziato - 14.1.1875

IN NOMINE DOMINI.

Cum decem tyrocinii menses Novitiis Clericis, videlicet Rossi Philippo, Speranza Joachini, et Aloysio Cimone, nec non Laico Orienti Alexandro Comi degentibus elapsi sint, ~~Præpositus~~ subscriptus P. Provincialis Langobardiæ ac Venetiarum D. Aloysius Hieron. Gaspari et ab ipso legitime convocati Examinatores Provinciales, emisso juramento a lege, speciali forma, præscripto, cum prædicti P. Provincialis de eorum examine, et collegialis capituli celebratione peractis, tenore art. III. 2. partis Bullæ 25. Januarii 1848. = De admittendis Novitiis ad habitum et professionem =, nec non P. Magistri de Novitiorum in novitiatu agendi ratione relationes diligenter expendissent, nihilque quod eorum vocationi adversetur reperissent, Novitios ipsos necessariis dotibus præditos esse, ut statim post probationis annum ad votorum simplicium, atque etiam, transacto triennio a Pontificio Decreto 19. Martii 1857. incipien. = Neminem latet = indicto, ad votorum solemnium professionem tuta conscientia admitti possint, secretis suffragiis probarunt et probant. Præterea affirmantes se se omnia requisita a sacris Canonibus, Constitutionibus, et Decretis Ap., nec non Congregationis nostræ regulis et statutis præscripta debito modo examinasse, acta Scrutinii et respectivam declarationem jurejurando confirmant.

Rmus. P. Præpositus Generalis, quem humiliter deprecamur, juxta auctoritatem a præfata Bulla sibi impertitam, hujusmodi relationem, si ita in Domino judicaverit, approbare et confirmare, atque prædictos Novitios, juxta §. 10. cap. IX. lib. 1. Somaschen. Constitutionum, professionem recipiendi facultatem concedere dignetur.

Datum Somaschæ die 12 Xbris 1875.

P. Aloysius Hieron. Gaspari C. Prælis. ff. Provinciæ
P. Franciscus Calandri Examinator Prov.lis
P. Sixtus Zider examinator Prov.lis
P. Joachino Campigner magister nov. et Examinator Provlis
P. Bassi Gulielmus Examinator Provincialis.

Novizj approvati
Rossi - Speranza - Cimone
il laico Arienti

Arcate
1875

Professa

In Nomine Domini

Bernardinus Secundus Sandrini Praep: Generalis Congregationis de Somascha et ab ipso legitime congregati Examinatores Generales de recipiendis Novitiis ad habitum, praestito juramento juxta formam praescripto, cum acta examinis scrutinii ab Examinatoribus Provinciae Lombardo-Venetae in admittendos Zazzara Nicolaum, Rossi Philippum, Simone Aloysium, et Speranza Joannem ad Congregationis nostrae habitum confecta et juramento firmata, serio examinassent; et omnia quae a nostris Constitutionibus, a SS. Canonibus, Constitutionibus et Decretis Ap: incip: « Romani Pontifices » et « Regulari Disciplina » de admittendis Novitiis ad habitum ordinantur, in illis rite servata esse perspexissent dictos juvenes Congregationis nostrae habitu esse dignos et ad illum ab Examinatoribus Provincialibus merito admissos fuisse secretis suffragiis decrevere et decernunt. Quapropter declarando sese omnia requisita a SS. Canonibus Constitutionibus et Decretis Ap: nec non Congregationis nostrae Regulis et Statutis praescripta debito modo examinasse, acta et respectivam declarationem jurejurando confirmant et subscribunt.

Romae ex Collegio Pontif. Clementino
die 14. Januarii, anni 1875.

Bernardinus Secundus Sandrini Praep. Gnlis C.R.S.
Silvius Imperi Pro Genlis
Joannes Libois Examinator Genlis
Laurentius Cossa Examinator Genlis

Perspectis praecedentibus, quibus decernitur, quatuor juvenes ibidem proprio nomine enunciatos merito approbatos fuisse in utroque Scrutinio Provinciali nempe atque Generali; Perquam Rev. D. Jacobum Vitali, Provinciae Lomb. Venet. Praeposit. Prov. et Domus S. Bartholomaei de Somascha Superiorem, ad eosdem habitu Congregationis nostrae vestiendos, et in Noviciatum recipiendos hisce nostris deputamus et delegamus.
Romae ex Collegio nostro Pontificio Clementino, die 14. Januarii 1875
Sac. Bern. Sec. Sandrini
Praep. Gnlis Congreg.nis de Somascha

Ego infrascriptus Praep. Gnlis C.R.S. hodie superindicatos juvenes habitu Congregationis nostrae vestivi et in Noviciatum hujus Domus Professae recepi.
Somaschae, ex Domo Profess. S. Bartholomaei
die 7. Februarii an. 1875
Sac. Ber. Sec. Sandrini
Praep. Gnlis C. R. Som.

a Filippo Rossi
attestato del P. Procida

Rossi
1874

In nomine Domini Amen

Attesto io sottoscritto di aver esaminato per ordine del Rmo P. Generale il giovane postulante al nostro Abito Filippo Rossi e mi sembra di essere egli mosso da vero spirito di vocazione ad abbracciare lo stato Religioso. In fede ecc.

Roma il 20 9bre 1894

P. Luigi Procida C.R.L.